Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26144
Copyright: Admont, Benediktinerstift



inquit cum pateris aliquid in hoc mundo qui non poterit per
manere. qui post paululum transiturus est. Si in nouis
simis seculis hic mundus requiem forsitan habuisset. tunc
tribulari pocius oportebat eum qui festinat ad fidem. Ut per
maneant inquit ea que sunt immobilia. Que namque ista. qua
liaue sunt immobilia. futura uidelicet. Propter isto quod fine cuncta
faciamus. ut illa uita adipisci possimus. ut illis bonis
ineffabilibus perfruamur. Ita obsecro ita facite. ad hoc
deprecor ut uestrum inflamet studium. Nemo ciuitatem
quia casura est sane mentis edificat. Hic autem mihi obse
cro. si aliquis diceret quomodo post annum ciuitas hec tota
lapsura est. aliam uero quilibet permansuram esse firmaret. nunc
rogo edificares in ciuitate ruitura. Proinde hoc est etiam
quod ego nunc dico. non edificemus in hoc mundo. post paulu
lum enim lapsurus est. et ibi cuncta perdita. Et quid dico quod mun
dus casurus est. Nos enim ante ruinam eius periemus. et tormen
ta seua patiemur. Nos hinc utique primi sumus egressuri.
Quid edificamus super arenam mobilem. quin potius edi
ficemus in petra. Quid quid enim inciderit. in uicta fra
brica perseuerat. nichil eam commeuet. nichil auertit. Et meri
to. ad omnes quippe ictus inadibilis ille locus existit. sicut
econtra iste cunctis patet ictibus. Nam et terre motus prosunt.
et incendia consumunt. et infestantia bella deuastant.
et uiuos nos auferunt. ante quam mundus iste concidat.
Aliquos ante secum tracturus est ad ruinam. Stante mun
do morbus irruit. et aut celeriter hinc excludit. autem